

Holmia contufis trepidabat fulmina nervis,  
 Attonitae pallens Holmia mentis erat.  
 Talibus o natus tantisque parentibus Haeres  
 Mascula pugnacis pignora gentis habes.  
 Exfere Sol radios tibi subdita rura foventes,  
 Donaque splendoris non obitura Tui.  
 Sancta tibi Viadrus, tibi limina Rhenus inundat,  
 Pronus Hyperboreis Pregela fervit aquis.  
 Albis, & humenti Tibi supplicat ore Visurgis,  
 Affurgunt scepro Moenus Ararque Tuo.  
 Deliciasque vadis natas, & divitevolvunt  
 Gurgite regali iusta tributa throno.  
 At Tua praecipue laceratis obsita pannis  
 RELIGIO & cultu paupere scepra colit.  
 Exul inops Pietas, sanctorum laude virorum  
 Purior, aethereo primitus orta polo,  
 Te videt, & viso relevamen mite relictum  
 Rebus in angustis conjicit esse sibi.  
 Conjicit illa quidem; sed conjectura futuri  
 Moribus afferitur subsidiisque tuis.  
 Vive precor miseri Lux temporis unica, vive,  
 Unicus adfluctis portus & ara reis.  
 Strenuus infantum vindex, spes una salutis,  
 Hostibus invisus Perfidiaequetremor.  
 Nec Te poeniteat tanti, Generose, laboris;  
 Serviat imperio ventus & unda tuo.  
 Fulminibus circum trifidis armatus & igne  
 Et conjuratis turbidus Aether aquis  
 Bella gerat pro te, signumque boantibus Euris,  
 Ventorum rauca concinat ipse Tuba.  
 DI tamen avertant strages; DI mitia pacis  
 Sidera, nec tristi nube tegenda ferant;

\* n

Et